



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LIV. Das Kloster in Zinna verspricht dem Bischofe von Brandenburg von den ihm incorporirten Kirchen fernerhin die ihm zustehenden Abgaben zu entrichten, am 23. April 1400.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

burgensis, nec non Nicolao Cynnou, plebano in Templin, Brandenburg. diocesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach Hesslers Abschrift aus einem Brandenburger Copialbuche.

LIV. Das Kloster in Zinna verspricht dem Bischöfe von Brandenburg von den ihm incorporirten Kirchen fernerhin die ihm zustehenden Abgaben zu entrichten, am 23. April 1400.

Nos frater Hynricus, abbas, Andreas, prior, Thidericus, cellerarius et burfarius, Albertus, subprior, totusque conventus monasterii in Czenna, Cystericiensis ordinis, Brandenb. dioceleos, tenore presentium publice recognoscimus, quod ecclesie parrochiales: Luckenwalde, Czynnou, Pechule, Bardenitz, Franckenvelde, ad nostram presentationem spectantes et per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Hynricum, episcopum Brandenburgensem, nostro monasterio incorporate, annexe et unite cum suis rectoribus seu plebanis sub omni obedientia et omni jure et lege jurisdictionis atque dioecelane debitis ad episcopum Brandenburgensem, qui pro tempore est et fuerit, esse debeant, in nullo episcopatu et prelati ecclesie civitatis et dioecelae Brandenburgensis prejudicium generando pro nunc neque futuris temporibus etiam privilegiis, gratiis et indulgentiis obtinendis quibuscunque, volentes predictas ecclesias et earum pro tempore rectores semper obligatos esse ad solvendas quascunque procuraciones et subsidia sedi apostolice et legatorum ejus ac domino Hynrico, episcopo moderno, suisque successoribus clero civitatis et dioecelae Brand. impositas et imponendas juxta modum, ratum et taxam infra scriptam, videlicet Luckenwalde de XXIV, Czynnou de XXII, Pechule de XVI, Bardeniz de XIV, Franckenvelde de XIV fructis, ad quam taxam et ejus solutionem et alia onera eis de jure et alias etiam, ut prius, incumbentes prefatas ecclesias et earum pro tempore rectores sine quacunque contradictione consentimus fore obligatos, non obstantibus quibuscunque privilegiis, gratiis et indulgentiis obtentis et obtinendis in hac parte. In cujus testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Czenna anno domini M. CCCCI^o. ipso die sancti Georgii martiris.

Nach Hesslers Abschrift aus dem Originale des Brandenburger Stiftearchives.

LV. Revers des Abtes Heinrich und des Conventes zu Zinna wegen des von Erzbischof Günther zu Magdeburg, mit Consens des Domcapitels, dem Kloster zugeeigneten Dorfes Zernow bei Züterbogk, vom 28. September 1407.

Heynricus, dei gratia Abbas Monasterii In cenna, Totusque Conuentus ibidem ordinis Cisterciensis, Brandenburgensis dioecelae, — — notum esse cupimus christi fidelibus vniuersis per presentes, Quod reuerendissimus In christo pater et dominus, dominus Guntherus, dei et apostolice sedis gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie archiepiscopus, nobis abbati et con-